

Etis detractos in tartarum, tradidit in iudicium
 reservari, &c. Magis certè eos, qui post carnem
 in concupiscentia immundicia ambulant, & do-
 minationem contemnunt, audaces, & sibi placentes,
 non horrent dignitates probris incessere, &c.

Quinam errores hinc fugiendi sunt?

I. Sadducæorum furor, qui nec bonos nec malos
 Angelos esse credunt.

Act. 23. 8. Sadducæi enim dicunt, non esse re-
 surrectionem, neq; Angelum, neq; spiritum.

Sed hos tota Scriptura Sacra, plurima Diabo-
 lorum apparitiones, & infinita & quotidiana Sa-
 tana opera, quæ in impiis & filiis incredulitatis
 manifesta sunt, abunde refutant.

II. Multorum temeritas, qui Satana dolos ac
 fraudes nihil considerantes, multoties vel se ipsos,
 vel alios ac sæpè frivolos ob causas, Satana & diris
 omnibus devovent. Quos cum devotionis exe-
 quutio comprehenderit, sera pœnitentia, seriq; ge-
 mitus haud quicquam eos juvabunt.

Nihil equidem opus est Satanam blandius in-
 vitare: Ipse non vocatus præsto est.

III. Multorum blasphema consuetudo, qua vel
 ipsum Satanam superare contendunt: dum neq;
 Deum, neq; sanctissimū ipsius nomen haud quic-
 quam reverentur, sed majori etiam studio, quam
 vel Pater eorum, ipse Satanus, in vanum illud &
 diras imprecationes assumunt.

Iacob. 2. 19. Nam demones credunt unum esse
 Deum, & **CONTRE MISCVNT**: isti ve-
 rò blasphematores, non tantum non contremis-
 cunt;

D
 cunt: sed
 cupiunt f
 Memer
 Nam auc
 tri asitua
 laudantes
 tremiscer
 contremi
 bit infer
 Cum te
 dissi
 Sicut
 di
 tione
 depre
 Qu